



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi  
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis  
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio  
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,  
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem  
præceptorum secundæ tabulæ

**Tamburini, Tommaso**

**Monachii, Anno M.DC.LIX.**

Qui debeat mater filio, quo ad cum lactandum, & alendum, n. 1. §. 2.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39995**

## Liber Quintus.

72  
facultates. Nihilominus video, Sanchez, & Suarium, » Castropalauna, disertè docentes, avum nihil posse in vota nepos, nisi mortuo patre: quare privative solum patri viventi eam facultatem concedere manifeste videntur, & ratio esse potest, quia facultas irritandi non est fundata solum in quacumque patria potestate absolute sumpta, sed maximè in ea potestate, quam quis habet in gubernatione dominus, familiæ & præscriptum filiorum, quos genuit, hanc autem habet immediate pater, eoque deficiente, tutor vel curator, hisque deficientibus, avus ex parte patris, & deinceps etiam, ayo deficiente, mater; quod si haec etiam deficiat, jam sub nullius potestate erit filius. Atque ex hac ratione respondere facile poteris ad difficultates allatas numero praecedente.

*f. quos seq. C. astrop. t. 3. tr. 5. de voto p. 7. n. 8. versus f. & Sanc. in dec. l. 4. c. 35. n. 8. u. Smar. t. 2. de reb. l. 6. de voto c. 6. nu. 22. a. C. astrop. t. 3. tr. 5. de voto d. 2. p. 7. nu. 7. b. fuxea doctrinam & limitationes supra datas l. 3. c. 86. §. 3. nu. 29.*

## 9. II.

*Qua debet mater filie, quoad eum laetandam, & alendam.*

3. **V**ates primò, an mater filium nutriti det licet lactan dum? Respondeo, id certe nemini sine causa libens induxit, sed adhuc sine ulla, non nisi de veniali condemnabo: libero & autem ab omnis culpa, rationabili existente causa. Ra-

tio est, quia dummodo infans commode nutritur, non videtur tam gravis defectus, ut, præscindendo ab alio inconvenienti, excusari nequeat ab aliqua competenti causa, qualis est, imbecillitas matris, mos patris, vel quid simile. Inconveniens autem grave, ag propterea mortale pronuntio, si periculum appareat, infante gravi morbo, vel grandisculum effectum malis moribus, præsertim hæsi, fore insciendum.

*a. Navarr. in summa c. 14. n. 17.*

2. Quares secundò, mater quænam alimenta filio debet? Respondeo, ea usque ad triennium exactum debet filium, etiam spuriū, alere, lac præbendo. Ceterum reliquæ impensis sunt à patre facienda.

Si lacte mater careat, vel lactare filium nequeat, quia commode (ut loquitur Dicastillus b.) lactare non potest, tunc patris etiam onus est, lactis impensis solvere. Quod si pater solvendo non sit, qua ratione in onere alesendi plene filium succedat mater dives, dictum est 9. praecedente, nu. 1.

*b. Dicastil. lib. 2. de justit. tr. 2. d. 7. dub. 17. nu. 72.*

Apud patrem, an apud matrem proles educanda sit, altero ex his infidelis, seu hereticus existente, ut item divorciū tempore, cum casus non frequentes, legantur Doctores. Propter eamdem rationem, vide apud iuristas, nec omittantur Theologi, e qua ratione mater, si transfeat ad secundas nuptias, amittat curam seu educationem filij ejusve tutelam, & similia. Ego enim de his aliquid dicam lib. 2. c. 1. §. 2. numero 5.

*c. Sanc.*



e Sanc. I. 20. de matr. d. 10. per tot. 27. p. 2. l. 2. c. 5. q. 9. d. Juris in Autb. Sacramentis. C. quando mulier ex in ambent. & sine prohibitio- ne, 9. propere agitur e lege Molin. a. 11. de iust. tr. 2. d. 220. vers. Quan- do impubere, Castrop. & Th. Sanc. apud Dian. p. 10. tr. 13. ref. 12.

3. Quarcs tertio, circa expensas à matre pro filiorum alimentis factas, in hunc modum: Antonia genitrix aluit filium usque ad decimum annum vivente patre, sive presente, sive peregre agente: tunc, mortuo eodem, filium aluit usque ad decimum octauum, quando scilicet Antonia filij bona administrabat; exposcit nunc à filio somnes impensas ab ipsa factas, imo etiam estimationem sui laboris, legatumne exposcit?

Respondeo, tres hic difficultates uno spiritu concessisti, tribus necessario di- cis distinguendas.

4. Dico primò: si vivente patre alioqui divite, vel existente tutori, mater filium aluit; & protestata est, se alere, animo impensas repetendi, repe- tere f quidem potest. Si nihil est pro- testata, præsumitur, si non contem- platione patris, certè amore filij, libe- raliter id fecisse. Simile quid esse in ma- rito, quaado uxorem alit, non soluta- b. sacerdo dote, docet Sanchez. g. Pro- foro interno sufficiens ratio h repe- tendi inibi videtur (etiam si mater sit protestata) si concurrant hæc duo: pri- mò, ut positivo animo repetendi al- luit; secundò, ut omissio protesta- tionis non fuerit caussa damni in patre, vel tutori quando enim pater, vel tutor, si scivisset, matrem ejusmodi tu modo ex occasione, quod de alimen- tis filio-

animō repetendi alere, ipsi aliuiscent, nullis vel paucioribus sumptibus, tunc profecto mater in conscientia non posset expensas repetere, quia ipsa fuisset in culpa, quod tot expensæ fuissent factæ; solum igitur illas pauciores, quæ factæ vere fuissent, tunc jultè repeteret.

f L. Defensio. ff. de negotijs gestis. g. sanc. l. 9. de maer. d. 5. nu. 7. h. L. si quis à liberis, l. si mater. ff. de liberis ag- noscendit. 27. or. p. 2. l. 2. c. 5. q. 10.

5. Dico secundò: Si mortuo patre, nulloque tutori existente, animo po- sitivo se compensandi, mater bona fi- lij administrans, filium aluit, & potest alimenta repetere; secus, reputatur a- more filij id fecisse, idque maximè, si bona matris & filij non erant divisa. Quod si bona divisa erant, & cuique sui rationum libri respondebant, præ- sumitur, in matre ejusmodi filij bona administrante affuisse animum repe- tendi: id enim ostendit illa rationum & librorum distincta divisio.

i Ibid.

Dico tertio: estimationem sui la- boris nequit mater exposcere, quia mater pro filio labore suum gratis impendere, jure præsumitur, imo for- tasce jure cogitur.

### §. III.

*Vix quid uxori debeat, quoad ali- menta?*

1. **N**on est nostrum, omnia, quæ hui invicem debent conjuges, hic colligere, cum id fusè Do- ctores & prosequantur illud enim tan- gitor, si scivissent, matrem ejusmodi tu modo ex occasione, quod de alimen- tis filio-

